

Praeambulum: il testo si svolge in un'ora, senza dizionario. Si considera superato se si raggiunge il 70% delle risposte corrette: 21/30

Europa
Summarium

Narratur de Europā. Ea a Iove rapta est et ei tres filios dedit. Europae fratres, patris iussu, eam quaesivērunt sed non invenērunt. Deinde novas nationes constituērunt.

1	Europa, regis Agenoris et reginae Argiope filia, in Sidonia urbe habitavit. <u>Regiae puellae</u> tres fratres erant: Phoenix, Cilix et Cadmus. <u>Iuppiter Europam vidit</u> et amavit. In taurum se convertit, puellam rapuit et a Sidoniā <i>urbe</i> in insulam Cretam transportavit; deinde ex ea tres filios procreavit: Minoem, Sarpedonem, Rhadamanthum. Agenor pater filios suos advocavit; illi debebant sororem quaerere et domum non redire, nisi cum Europā. Illi autem numquam rediērunt. Phoenix in Africam advēnit ibique remansit; inde <i>Afri</i> “Poeni” sunt appellati. <u>Cilix Ciliciae regioni nomen dedit</u> ; Cadmus Delphos devēnit et oraculum audivit. <u>Oraculi responso</u> bovem emit a pastoribus, eumque ante se longo itinere egit. Ubi is decubuerat, ibi Cadmus regnare debebat. Cadmus cum bove suo ad fontem Castalium pervēnit. Draco*, Martis filius, hunc custodiebat. Draconem Cadmus Minervae auxilio vicit. Deinde <u>Minervae iussu</u> Cadmus draconis <i>dentes</i> sparsit et terram aravit. E draconis dentibus multi milites creati sunt et illi inter se pugnavērunt. Ex iis quinque superfuērunt: Chthonius, Udaeus, Hyperenor, Pelorus, Echion. Postremo Cadmus urbem condidit. Ea <i>regio</i> , ex bove, Boeotia appellata est.
5	
10	

*Draco draconis, m: monstrum serpenti simile

1. Riordina le sequenze in base a quanto letto (3 p)
 1. Tres filii ab Europā generantur
 2. Cadmus Martis filium occīdit
 3. Iuppiter Europam ab oriente ad occidentem transportat
 4. Delphis oraculum Cadmo responsum dat
 5. Agenoris filii sororem invenire debent
 6. Draconis dentes a Cadmo in terrā ponuntur
 7. Iuppiter taurinā specie Europam capit
 8. Milites proelium committunt et paene omnes interficiuntur
 9. Phoenix in Africā consistit

2. Completa con i nomi corretti (3p)
 - A. Argiope + Agenor = _____
 - B. _____ + Europa = Sarpedon
 - C. Europae tres fratres = _____

3. Scegli vero/falso in base la testo letto (6p)

1. Europa Sidone fugit	V	F
2. Minos Iovis filius est	V	F
3. Agenor filiam suam iterum vidēre cupit	V	F
4. Fratres Europam inveniunt sed ad patrem non revertunt	V	F
5. Draconis dentes in milites mutantur	V	F
6. Udaeus Cadmi filius est	V	F

4. Completa la frase, associando numero e lettera (6 p)

1 Poeni a Phoenice nominantur	A et in patriam non revertit
2 Cilix Europam non invēnit	B et in pugnā non interficītur
3 Cadmus oraculo paret	C quia bos locum Cadmo monstravit
4 Hyperenor unus ex militibus est	D et Minerva monstri dentium iactum imperat
5 Draco Martis filius est	E et postea urbem condit
6 Boeotia hoc nomine appellata est	F quia Europae frater in Africā mansit

1-____ 2-____ 3-____ 4-____ 5-____ 6-____

5. Sostituisci il pronome con il sostantivo cui è riferito, declinandolo nel modo adeguato, secondo l'esempio. (3 p) Es. R. 2: **Se = Iovem**

- A. R. 5: Illi = _____
- B. R. 8: Is = _____
- C. R. 10: Hunc = _____

6. Indica il caso e il numero, barrando la casella corrispondente, come nell'esempio (3 p: ½ per ciascuno corretto)

	NS	NP	GS	GP	DS	DP	AcS	AcP	VS	VP	AbS	AbP
r.1: Agenoris			X									
r.3: Urbe												
r.6: Afri												
r.7: Ciliciae												
r.11: Dentes												
r. 12: Se												
r. 14: Regio												

7. Scegli a risposta corretta (6 p)

A. R. 1-2: Regiae puellae tres fratres erant

- Regia puella tres fratres _____
- a. Habebat
 - b. Habebant
 - c. Erat
 - d. Est

B. R. 2: Iuppiter Europam vidit

(1) _____ (2) _____ visa est

- | | |
|----------------|-----------|
| (1) a. Europas | a. Iove |
| b. Europa | b. Iovis |
| c. Europae | c. Iovi |
| d. Europā | d. a Iove |

C. R. 5-6: Cilix Ciliciae regioni nomen dedit

Cilix regionem nominavit _____

- a. Cilicia
- b. Cilicias
- c. Ciliciam
- d. Ciliciae

D. R. 8: Oraculi responso

Quia id ab oraculo _____

- a. Responditur
- b. Respondērat
- c. Responsum erat
- d. Respondit

E. R. 11: Minervae iussu

Quia Minerva id _____

- a. Iubet
- b. Iussus est
- c. Iussum est
- d. Iussērat

Soluzioni

- 1.
7. Iuppiter taurinā specie Europam capit
3. Iuppiter Europam ab oriente ad occidentem transportat
1. Tres filii ab Europā generantur
5. Agenoris filii sororem invenire debent
9. Phoenix in Africā consistit
4. Delphis oraculum Cadmo responsum dat
2. Cadmus Martis filium occīdit
6. Draconis dentes a Cadmo in terrā ponuntur
8. Milites proelium committunt et paene omnes interficiuntur

2.

- A. Argiope + Agenor = Europa
- B. Iuppiter + Europa = Sarpedon
- C. Europae tres fratres = Phoenix Cilix Cadmus

3. F/V/V/F/V/F

4. 1-F 2-A 3-E 4-B 5-D 6-C

5.

- A. R. 5: Illi = filii
- B. R. 8: Is = bos
- C. R. 10: Hunc = fontem

6.

	NS	NP	GS	GP	DS	DP	AcS	AcP	VS	VP	AbS	AbP
r.1: Agenoris			X									
r.3: Urbe											X	
r.6: Afri		X										
r.7: Ciliciae					X							
r.11: Dentes								X				
r.12: Se							X					
r.14: Regio	X											

7.

- A. a.
- B. b. d.
- C. c
- D. c
- E. d